



EDVARDVS PRIMVS LVSITANIAE REX XI.

Eduardū Ioanni Vxor Philippa genuit ani. 401. Egregiā is indolē, et probē institutā ad regnum attulit et sanē, quo minus paternam gloriam adipsiceretur, nil aliud, quam uitā breuitas in causa fuit. Imperiū, quod Patēr in Africā inchoauerat, amplificandi studio, ad Tingim expugnandā animum adiecit, sed alienis ab ea expeditione Lusitanorū animis, impares aduersus Maurorū multitudinem, conscriptae copiae, ut id circō infelici euentu miliābus in patriā reditus, septa cessione digne, ut durissimā seruitutem, et mortem in eā tandem miseruntā potius obire maluērit, quam pati, ut sui redimendi causa ultra inita pactionis modū aliquid Mauris concederetur. Edvardus missis ad Basileense conciliū legatis, totā simul Christianae Republice simul cum aliis, priuatim uerō Gallorū, et Anglorū Regibus opem tulit, id agens, ut disturna inter utranque gentem discordia de illius conuentus auctoritate componeretur. Equitibus sacrorū Ordinum Christi, ac SS. Ioannis, et Iacobi nuptiarū inuendarum potestatem a Pontifice impetrauit. Excelluit non modo pietate, et accuratū quaedam sacrorum rerū peritiā sed etiā eloquentiā ac philosophiā studiis, canique huius partē, qua de moribus agit, illustrauit. Vxorē habuit Eleonoram Ferdinandi appellatione Iusti Aragoniae Regis filiam. In oppido Nabantū, cum reddita sibi literas resignaret, hausto ex eis peritenti afflatu, immaturo interitu decessit, annū a tatis agens 37, regni quintum